

ETYMOLOGICON ILLYRICUM

ad leges Philologiae dialecto Bosnensi exactum;
ad calcem *Index Latino-Illyricus*,
et quaedam grammaticae observationes

Quemadmodum vocabula essent imposita rebus – sex libris exponere institui; de his treis ante hunc feci, in quibus est de disciplina, quam vocant *ἐτυμολογικήν*, in his ad te scribam, a quibus rebus vocabula imposita sint, et ea quae sunt in consuetudinem apud poetas, priorem illam partem, ubi eae, et unde sint verba ferabantur Graeci, vocant *ἐτυμολόγικον*. Varro* *de ling. Lat. ad Cicer. lib. IV init.*

LECTORI PHILOLOGO S.[ALUTEM]

PRAECIPUOS in quovis sermone, in quavis gente, libros esse grammaticam, et lexicon, utrumque ad Philologiae leges exactum, eruditi, qui hanc provinciam propius adivere, ultro fatebantur. Linguae Italicae praecepta sermone Illyrico Jacobus Micalia e S. I. primus dedit, sub seculi septimi decimi dimidium, tradita etiam orthographia ratione, domestica oratione versu. Octavo ind et septuagesimo anno, Ardelius Dellabella, ex eadem Societate, lexico paullo uberiori praemisit grammaticam linguae Illyricae Italo sermone. Horum vestigia secutus Relkovich Mathias vir militaris, domestici sermonis leges, patria et Germanica oratione, quadragesimo fere anno posterius vulgavit. Altero deinde lustro Marianus Lanosovich, ex ordine Seraphico, Illyricae linguae praecepta Germanum docuit, Mathiam, uti dicunt, emendaturus; libro deinde typis repetito, Budae anno 1795 tertium vulgato. Ac demum

* *treis* (po Vergiliju) umjesto ustaljenoga *tres*, tri; Marcus Terentius Varro Reatinus, *De lingua Latina*

ETIMOLOGIKON ILIRIČKI

izveden po zakonima filologije u bosanskom narječju;
na kraju *Rječnik latinsko-ilirički*
i nekoja gramatička razmatranja

(Izbor)

Budući da su riječi nadjenute stvarima, zamislio sam ih izložiti u šest knjiga. Od njih tri sam načinio prije ove o disciplini koju zovu *ἐτυμολογικήν*, a o ovima ću ti pisati čim budu u rječnik unesene i one riječi koje su u običaju kod pjesnika, poglavito onaj dio gdje su i odakle su izdanci riječi koje su Grci sobom rasprostirali, nazvane *ἐτυμολόγιον*. Varro, *De lingua Latina*, po Ciceronu knj. IV, uvod.

ŠTIOCU FILOLOGU P[OZDRAV]

VRSNI učenjaci koji imaju bolji uvid u ovu jezikoslovnu struku, govore da su naročito važne knjige u svakom govoru i narodu gramatika i rječnik, obje izrađene po zakonima filologije. Pravila talijanskoga jezika prvi je objavio iliričkim jezikom Jakov Mikalja D. I. polovicom XVII. stoljeća, davši i način pravopisanja u domaćem stihu. Potom je sedamdeset osam godina poslije Ardelio Della Bella, iz iste družbe, dao ispred nešto opširnijega rječnika gramatiku iliričkoga jezika na talijanskom. Slijedeći njihove tragove, objavio je četrdeset godina kasnije Matija Relković, vojni časnik, pravila domaćega govora na pučkom i njemačkom jeziku. Nakon toga, u slijedećem desetljeću, dao je o. Marijan Lanosović, franjevac, pravila iliričkoga jezika na njemačkom želeći popraviti, kako kaže, Matiju, a potom je knjiga doživjela treće izdanje, u Budimu 1795. godine. Konačno je osam godina poslije Josip Voltić dao ispred svojega *Ričoslovnika* gramatiku na njemačkom i talijanskom jeziku. U ovoj struci to je hvalevrijedan pokušaj, ali u svakom od dosadašnjih jedno je što očekuješ, a na drugo se tužiš, no

octo post annos Voltiggi Joseph, Vocabulario suo grammaticam Italo et Germano sermone contextam praeposuit. Conatus hoc in genere laudabilis; sed in quovis horum alia, quae desideres, alia, quae culpes — intueare; nullus autem dialecti Bosnensium, quae in Illyricis et ceterorum quoque testimonio, quod Attica in Graecis, habuit rationem. Della Bella sequitur expressionem Ragusae; Relkovich Savensium, Lanossovich miscet; Voltiggi Croatas imitatur; nullus grammaticae artis terminos, nullus prosodiae leges, nullus etymologiam dedit. Accentuum theoriam persecutus Dellabella, usu praepostero lectori crucem fixit, plurimis in errorem tractis. Mathias accentuum valorem probe docuit, queis tamen ipse constanter, neque e sermonis indole usus erat. Marianus et Josephus omnem accentuum curam seposuere; quibus neglectis quantitatem syllabarum, et filius Mathiae rite observat, nosse non licebit. Quare grammaticam sermonis patrii e Philologiae et dialecti Bosnensiss legibus contextam desideramus.

Dictionarium Jacobi Micaliae magna diligentia collectum, quod pro exemplo vobis delegimus, e manibus vetustate evanuit: vocabula, quae usu careant, promit, alia tacet; usus nominum obliquos, genera, verborum praesentia, et praeterita seponit; tanta dignus, qui typo paullo meliore saepius fuisset repetitus.

Dellabella est quidem locupletior, sed Micaliam bene tradentem saepe deserit; phrases longas absque interpretatione adfert; geminatis vocalibus, et consonnantibus, praepostero accentuum usu, lectorem adhaerescere facit; plura praeterit; in verbis compositis primam praesentis, quae formam coniugationis indicet, passim exerrat; potioem tamen eo non tenemus.

Stulli Ioachimus, dedit lexicon Latinum, interpretatione Itala, et Illyrica, locuples profecto, sed crisi [?.] defectum; nam et vocabula, quae magno passim numero congerit, sunt significatus diversi; et Sarmatica sunt Illyricis oneri [?.]; ad haec casus obliqui nominum, genera, nonnisi raro, verborum praeterita et praesentia nusquam adferuntur; idoneis quantitatum signis caret.

nijedan [nije dao rječnik i gramatiku] bosanskim narječjem koje je Ilircima, po svjedočanstvu ostalih, ono što je Grcima atički. Della Bella slijedi izražavanje dubrovačko, Relković Posavaca, Lanosović miješa, Voltić nasljeđuje Hrvate [kajkavce], a nijedan nije dao nazive gramatičkoga umijeća, nijedan zakone prozodije, nijedan nije dao etimologiju. Do teorije naglasaka držao je Della Bella, no udario je čitateljima križ na krivu uporabu, mnoge povukavši u zabludu. Matija je dobro uočio stvarnu vrijednost naglasaka, kojima se sam ipak nije stalno služio iz naravi govora. Marijan i Josip zapostavili su svaku brigu o naglascima. Budući da su to zanemarili, neće se dobro znati dužina slogova, kako je sasvim dobro primijetio Matijin sin.* Stoga smo očekivali gramatiku narodnoga jezika načinjenu shodno filologiji i zakonima bosanskoga narječja.

Rječnik Jakova Mikalje skupljen velikom marljivošću, što smo vama odredili za primjer, nestao je zbog starine iz ruku: donosi riječi koje nisu u porabi, dok o drugima šuti; naznačuje porabu kosih padeža, rodove te prezent i preterit glagola. Utoliko je dostojan da je češće bio tražen uz malo bolji tisak.

Della Bella je doduše bogatiji, ali često napušta Mikalju, koji dobro postupa; donosi duge fraze bez tumačenja; udvostručuje samoglasnike i suglasnike krivo rabeći naglaske, tako da čitatelj zapinje; mnogo toga propušta; kod sprežanja složenih glagola tu i tamo griješi u prvom [licu] prezenta kojem daje oblik sprežanja; pa ga ipak radije tu ne branimo.

Stulli Joakim dao je latinski leksikon s talijanskim i iliričkim tumačenjem, zaista bogat, kad ne bi bio manjkav: riječi materinskoga jezika koje je odasvud skupio u velikom su broju različitoga značenja; sarmatske [ruske] su na teret iliričkim; osim toga, kosi padeži imenica, rodovi, samo su rijetko [navedeni], a preteriti i prezenti glagola se i ne navode; nema ni prikladne znakove za dužine.

Voltić ima kose padeže s rodod; donosi preterite i prezente, ali krivo u nepravilnim [glagolima]; nema podosta riječi koje su inače prihvaćene uporabom; sasvim se odriče znakova

* Marijan Lanosović i Josip Voltić; Matijin sin – Josip Stjepan Relković.

Voltiggius habet obliquos cum genere; praeterita et praesentia refert, sed haec in compositis falso; pluribus vocabulis usu receptis destitutus est; signis quantitatum prorsus abstinet; dialecto ad Croatas accedit; de quibus ad calcem operis dictum.

Jambressich et Belostenez sunt Croatae, quorum dialectus a Bosnensi non minimum abscedit, vocabulis praeterea copiosis, quae apud nos usum obtinet, sunt destituti, non paucis, quibus caremus, usi; patria saepenumero Latinis non respondent; proprietatem prior, vocibus domesticis destitutus, consecatur, copiam verborum posterior exhibet, uterque operanti auxilio ferendo opportunus; sermoni nostrae dialecti neuter sufficiens.

Ex his iam haud aegre perspexeris, lexicon ad Philologiae exactum leges, pro nostra dialecto desiderari. Spes erat, ut quispiam e Slavonia, verbis Mathiae et Antonii excitatus, pro patriae decore, gentis ornamento, ac rei publicae Literariae utilitate, id negotii inservi petet; in primis quod Antonius, praefatione ad asceticum de amore Christi libellum dicebat: "Aliae nationes, nostri per linguam et locutionem fratres, habent terna et quaterna vocabula pro uno mutanda; et nos quandoque laboramus, unde suam dumtaxat excipiamus ad convertendam quidpiam insoliti in linguam nostram. Unde hoc ipsis? Fruantur thesauro nostro. Illyrica seu Slavica lingua est locuples et admodum fertilis mater tot linguarum, quibus alia regna loquuntur; norunt ii nostro bono uti, et cur nos quoque non uteremur?"

Tamquam is de lexico quoque *ad normam Ardelii*, quo utebamur, condendo sumsisset cogitationem. En erat Antonius uti patrii sermonis amantissimus, ita Philologiaeque paeceptis rite imbutus, et multiplici scriptorum suae linguae lectione instructus ad hanc palestram unus omnium maxime idoneus; libris asceticis, poeticis et historicis, quos condidit testimonium perhibentibus certum. Sed ipse aliis occupatus negotiis, saluberrimum in Philologicis institutum seposuit. Neque ullus est his ad Savum, Dravum et Danibium parti-

za dužinu; narječjem se približava Hrvatima [kajkavcima]: o njima se govori na kraju proslova.

Jambrešić i Belostenec su Hrvati kojih se narječje znatno razlikuje od bosanskoga. Osim toga ne obiluju riječima koje su kod nas u uporabi, a koriste se s dosta njih koje mi nemamo; često materinske riječi ne odgovaraju latinskima; prvi slijedi vlastitost bez domaćih riječi, a drugi daje obilje riječi, dok su jedan i drugi prikladni kao pomoć pri radu; nijedan nije dovoljan za govor našega narječja.

Iz toga se već jasno vidi da se još priželjkuje leksikon koji bi bio izrađen prema zakonima filologije za naše narječje. Nada bijaše da bi netko mogao iz Slavonije, potaknut riječima Matije i Antuna, posegnuti da se prihvati toga posla na čast domovine, ures naroda i korist književnosti. I to ponajprije [po tomu] što je Antun govorio u predgovoru asketičke knjižice o ljubavi Kristovoj: “Drugi narodi, naša po jeziku i govorenju braća, imaju po tri i četiri riči za jednu izminiti, a mi kadkad trudimo, kako ćemo, gdi li ćemo samo jednu izvaditi za obratiti što neobičajno u naš jezik. Odkuda to njima? Uživaju blago naše. Ilirički iliti slovinski jezik jest bogata i vele plodna mati toliko jezika, kojima druga kraljestva govore. Umiju se oni našim dobrom služiti, a zašto ne bi i mi?”*

Kao da je on namislio neki leksikon koji treba izraditi *prema normi Ardelia*, kojim se služio. Kako bijaše Antun najveći ljubitelj domovinskoga govora, tako je zaista bio naobražen u pravilima filologije i načitan brojnih pisaca svoga jezika te je između svih izvježbaniji za tu stvar: pokazuju to asketske, pjesničke i povijesne knjige koje je napisao. No sam zaokupljen drugim poslovima, odložio je vrlo koristan naum u filologiji. I nitko ne postoji sve do sada u ovim područjima između Save, Drave i Dunava tko bi objavio neki leksikon prije Dubrovčani-
na Joakima Stullija. “Kad smo ga došavši u Peštu sreli, spominju nam rječnik, pa kad se tužio na sporost poslova govorasmo: ‘Kako da mi ne bi kader bili dikcionar složiti.’” Dakako [to je] iz usta o. Marijana Lanosovića, komu je on rekao, ne znam na

* Antun Kanižlić: *Primogući i srdce nadvladajući uzroci*.

bus usque huc repertus qui lexicon quodpiam edidisset, ante Ioachinum Stulli, Ragusinum; quem Pestinum adpulsi cum convenissemus, memorant dictionarium, ac de operarum tarditate querenti, dicebamus: “kako da mi nebi kader bili dikcionar sloxiti”. Nimirum ex ore p. Mariani Lanossovich, cui is, nescio quam vocem insensus esse videbatur, habeamus: habere se lexicon Latine, Illyrice, Germanice et Hungarice contextum; quod neque is mihi petenti exhibuit; neque, ubi decessit, vestigatione instituta, deprehendere potui.

Ioachimi lexicon Latinum, Italis et Illyricis vocibus locupletatum, gemino volumine, forma quarti, tenemus; parte altera, quae Illyrica satura erat, destituti; quare, qui ex Illyricis Latina aut Itala nosse vellet, eius opera hactenus uti nequit. Ea re permotus Voltiggi Joseph Istrianus, altero post vulgatum Ioachimi lexicon anno, vocabularium Illyricum Italis et Germanis vocibus locupletavit; quo Italus et Germanus, ad voces Illyricas suis respondententes, uti nequeat. Utitur praeterea dialecto Croatis cognata, plurima vocabula, nostris usitata, reticet; et qua promit, usus incerti sunt, incertus dialecti, et auctoritatus; neque ulla refert signa quantitatis syllabarum, quod in huiusmodi opere necessarium arbitrere.

Itaque cum iam olim id genus lucubratione cogitaremus, nacti otium commentariis geographicis, qua parte destinavimus, absolutis, laborem adgressi Philologicum, non lexici, sed etymologici vocabulo lucubrare; in quo tam domestica, quam peregrina vocabula, usu recepta, explicantur Latine; nomina cum casu obliquo, et genere; epitheta, cum femineo, et neutro; verba infinitivi modi, cum prima praesentis et praeteriti; syllabas, quae produci debeant, accentu gravi, vel acuto, e studiosis aurium, dialecti Bosnensis promantur; atque illustrium gentis scriptorum testimoniis firmantur, productione syllabarum aequae distinctis. Pro duce delectus Micalia, quod proprietati vocum, et dialecto mitiori, pene Ardelio studet; in elegantiori literatura, et elocutionis nitore, primus est Antonius Kanislich, dein Andreas Kacsich, auxiliares Barakovich, Relkovich pater cum filio; Bosnensium, Ochevia, Babich, Mi-

koje riječi smjerujući, da [rječnik] imamo: jer on ima načinjen latinski, ilirički, njemački i mađarski leksikon. No nije ga ni meni, koji sam ga tražio, pokazao, niti sam, kad je umro, mogao doznati [gdje je], iako sam poduzeo istraživanje.

Imamo Joakimov latinski leksikon, obogaćen talijanskim i iliričkim riječima u dva sveska, u četvrtini. U drugom dijelu, koji je bio pun iliričkoga, nemamo [ulaznih riječi]. Zato onaj tko želi znati latinske ili talijanske riječi iz iliričkih, do sada još se ne može služiti njegovim radom. Time potaknut Istranin Josip Voltić, druge godine nakon objavljivanja Joakimova leksikona, obogatio je ilirički rječnik talijanskim i njemačkim riječima; njime se ne bi mogao koristiti Talijan ni Nijemac za iliričke riječi odgovarajuće njihovim. Osim toga koristi se [Voltić] narječjem poznatim Hrvatima, ali prešućuje mnoge riječi koje su u porabi kod naših; slijedi da su one nesigurne uporabe, pa je nesigurno narječje i autoritet; ne donosi nikakve znakove za dužinu slogova, što držimo da je potrebno u takvom djelu.

Dakle, budući da smo nekoć već pomišljali to osvijetliti što smo bili odlučili, potaknuti geografskim komentarima, završivši rad, pristupili smo filološkom poslu ne da osvijetljavamo leksički nego da etimološki tumačimo latinskim domaće i strane riječi, prihvaćene uporabom, imenice s naznakom roda i kosoga padeža, epitete ženskoga i srednjega roda, infinitive s prvim oblikom prezenta i preterita, slogove označene dužinom, naglaskom kratkim ili dugim, proizašlim iz učenih ušiju za bosansko narječje, kao i na potvrdama slavni narodnih pisaca, podjednako označenim duženjem slogova. Za predvodnika izabran je Mikalja, jer i svojstvenošću riječi u plodnijem narječju gotovo da dovodi do Ardelija. Po biranijem govoru u elegantnijoj književnosti, prvi je Antun Kanižlić, potom Andrija Kačić; od pomoći su nam Baraković i otac Relković sa sinom; od Bosanaca, Oćevac, Babić, Miletić, a od starijih Divković; od leksikografa, Della Bella, Belostenec, Jambrešić, Koruščan, Srbin;*više pridruženih po srodnosti, čija ćemo imena navesti na kraju.

* *Oćevac* – Filip Lastrić; Tomo Babić, Augustin Miletić; *Koruščan*, Oswald (Ožbalt) Gutschmann; *Srbin*, Todor Avramović.

letich, antiquiorum Divkovich; e lexicographis Della Bella, Belostenecz, Jambressich; Carniolus, Serbus; complures alii suppetius aviti, quorum nomina dein referemus.

Ut vero singularis quantitatum est habita ratio, sic et radicum ac thematum, ad modum lexici Schreveliani Graeci; quamquam varietas dictionum e grammatica petita, parcius relata; cuius locum optinent figurae ac tropi, cum derivatis, compositis primitivis ac simplicibus ad etymologiae rationem plurimum conferentes, ut ad calcem operis, monstramus. Dicebat in praefatione Voltiggius: "Optandum est, ut quemadmodum diversi eiusdem originis populi communi nomine *Illyricum* adpellantur, sic ex tot dialectis una generalis docta Lingua componatur; ad id efficiendum [docti] viri ex unaquaque regione in unum convenire deberent, qui in singularum dialectorum voces, radices, etymologias inquirerent; qui earum species, derivationes, discrimina et quantum accedant, acute examinarent; qui primaevum vocabulorum sensum, necnon translatum per gradus stabilirent; qui vocum qualitates, et harmoniam expenderent, qui regulas construendis vocibus, et phrasibus praefigerent; qui definirent, quaenam praesertim dialectus magis venusta, varia, canora, regularis, abundans sit, in qua consonantes vocalibus, aequa proportione temperantur; ut dein talis dialecti massa pro basi doctae linguae efformandae assumeretur; qui ultro lege sancirent, quo sono quaelibet vocalis et consonans et syllaba et vox pronuncianda esset; qui decernerent, qua facili et communi orthographia esset utendum; quando consonantes ob productum sonum geminandae forent."*

Varronem quempiam heic desiderari, qui eum legerit, haud aegre animadvertet. Oportebat grammaticum specimen aliquod systematis huius dare, ut lector id propius intueri possit, ut is ne signa quidem quantitatis, quae id genus liber necessario exposcit, promere volebat; subinde longis adposita virgula, more Stullii; quam expressioni vocum linguae patriae non sufficere, ad calcem docemus Venetiae sicut si Beneci,

* Josephus Voltiggi: *Ricoslovník. Lecturis*, s. p. 9–10.

Kao što se uzima u obzir dužina singulara, tako isto [se uzima] i korijena i tema, po načinu Schrevelova grčkoga leksikona;* premda se raznovrsnost dikcije traži od gramatike, ipak je rjeđe dana. Na tom se mjestu nalaze figure i tropi s izvedenim, prvotno složenim i jednostavnim riječima koje vema koriste sa stanovišta načela etimologije, kako to pokazujemo na kraju djela. U predgovoru je Voltić govorio: “Valja željeti, da kao što se razni narodi istoga porijekla nazivaju općim *ilirskim* imenom, da se tako pod istim iz tolikih narječja loži jedan opći učeni jezik. Da se to izvede, morali bi se okupiti na jednom mjestu (učeni) muževi iz svakog kraja, koji bi istražili riječi, korijene i etimologiju pojedinih narječja; točno ispitali njihove vrste, nastale razlike i koliko se slažu; koji bi utvrdili i prvotno značenje riječi k tomu i preneseno gradacijom; koji bi odvagali svojstva i sklad riječi te utvrdili pravila tvorbi riječi i fraza. Nadalje; osobito bi razgraničili koje je narječje ljepše, raznolikije, blagoglasnije, pravilnije i obilatije, u kojem se suglasnici na jednak razmjer usklađuju sa samoglasnicima, pa bi se potom gradivo takvog narječja uzelo za tvorbu učenog jezika; onda bi zakonom propisali kojim se glasom svaki samoglasnik i suglasnik, slog i riječ ima izgovarati; i dalje, odlučili bi s kojim bi se lakim i općim pravopisom trebalo služiti, i kada će se suglasnici dvostručiti zbog otegnutog glasa.”**

Ne bi baš teško primijetio da se ovdje želi imati nekoga Varona koji će ga čitati. No, trebao je [Voltić] dati neki gramatički uzorak ovoga sustava da ga čitatelj poblize može vidjeti, on sam čak nije htio dati ni znakove dužine, koje takva knjiga nužno traži. Potom je postavio dugima znak, po Stullijevu običaju, što nije dostatno jasnom izgovoru riječi zavičajnoga

* Schrevelov grčki leksikon (“lexici Schreveliani Graeci”), dvojezični *Lexicon manuale Graeco-Latinum et Latino-Graecum* (Leyden, 1654) nizozemskoga filologa, nakladnika i liječnika Cornelisa Schrevela (Schreveliusa, 1615–1661). Gramatičke kategorije riječi razmatra u korisnom dodatku *de Resolutione Verborum*.

** Ulomak iz Voltićeva predgovora *Čitaocima*. Cjelovit v. u knj. Josip Voltić: *Bečka pisma / Ričoslovník*. Čakavski sabor–Otokar Keršovani. Pula–Rijeka. 1981. Str. 115–129.

cā, f. pl. seu Beneca, incertum, acuta ultima an gravi; errore gemino; nam Benetci, usitatius Bnetci, obliquo Benetākāh, Bnetākāh habet, ab recto Croatis Bnetki, ut alias dicantur; quod populi vocabulum metonymia pro orbe sumtum, est masculei, ut aiunt, generis, non feminei. Longus cī, *dūg*, -*gā*, -*gō*, audit, gravi an acuto sono, incertum; neutro adposite, quod heic syllaba est natura brevis, ut huc Latinis, *dug*, non *dūg*, aut *dúg*; nisi error typi est, quod *dūg* a debitum praecedit nullo notatum signo.

Nihil proinde hoc ex opere prosodia emolumenti capit, ex quo in primis capere deberet, utpote praecipua grammatice portio.

Nos Varronem, qui more philosophorum grammatica tracta, minime secuti, lexicon Illyricae linguae elucubramus, in quo praecipua etymologiae ratio habebatur, ex quo epigraphae operi dat. Promimus vocabula tam domestica, quam peregrina usu recepta; in illis Pannoniae, Daciae, Bosnae, Slavoniae, Dalmatiae, Croatiae, Carnorum vocabula, non omnia, sed quae Bosnensi dialecto respondere videbantur depromite; in his Latinorum, Italorum, Graecorum, etiam adoptata, Germanorum, Hungarorum, Turcarum posterius adsociata, locum obtinent, patrio significato, et usu reddita ubique. Nominis casus obliqui et genera, verbis prima praesentis, quae formam coniugationis indicet, et prima praeteriti, quae cum infinito derivationi cognoscendae in primis, serviunt, accedunt; deinde propria vocabuli significatio Latine aut si translata est, ut non raro evenit, metaphora, synecdoche, metonymia, e tropis, aut figurae grammaticae, si adsint, referantur, quas ad operis calcem expositas lege. Proprietatis autem vocum singularis est habita ratio, quam nemo lexicographon tenet; figurarum ut meminere quidem. Exempla pro testimonio adferimus e scriptoribus praecipuis, eaque brevia, et ad verbum Latine reddita, quod eam rem magno esse Philologis emolumento, longa sumus experientia docti; in his quoque mensura syllabarum gnave observata, de quo fine Etymologici uberius dicta consule. Ubi nullus testium comparet, e pena nostra, usuae vocabuli vicini, quod alias reperitur, scriptum cogita;

jezika. Napose, razložimo o Veneciji: je li *Beneci*, *cā*, *žen. pl.** ili *Beneca*, nesigurno je, a posljednji oštar ili možda težak, s dvostrukom pogreškom. Jer *Benetki*, češće u uporabi *Bnetci*, ima u kosom padežu *Benetākāh*, *Bnetākāh*, od izravnoga kod Hrvata *Bnetki*, kako bi inače rekli, kao što je uzeta riječ *narodi* metonimijom za svijet, kako kažu muškoga roda, a ne ženskoga. Dugi slog *cī* izgovara se *dūg*, *-ga*, *-go*, a je li teškim ili oštrim glasom, nesigurno je, no ni jedno ni drugo nije prikladno, jer je taj slog po naravi kratak kao ovdje kod Latina, dug a ne *dūg*, ili *dūg*, ukoliko nije pogreška tiska, s obzirom na to da *dūg* prethodi od duga bez oznake ikakva znaka.

Prema tome, iz toga djela prozodija nema nikakve koristi, kakve bi prije svega trebala imati, s obzirom na to da je glavni dio gramatike.

Mi nismo nimalo slijedili Varona koji je raspravljao o gramatici po običaju filozofa, već smo izradili leksikon iliričkoga jezika, u kojem je osobito zastupljeno načelo etimologije, na temelju kojega daje i naslov djelu. Donosimo domaće i strane riječi koje su prihvaćene uporabom. Od njih se ne iznose sve riječi koje su u Panoniji, Daciji, Bosni, Slavoniji, Dalmaciji, Hrvatskoj i kod Kranjaca prihvaćene, već one koje odgovaraju bosanskom narječju. Kod ovih su udomaćene riječi Latina, Talijana i Grka, poslije su pridružene riječi Nijemaca, Mađara i Turaka, dane posvuda u narodnom značenju i uporabi. Imenice imaju kose padeže i rodove, infinitivi glagola prvu riječ u prezentu, koja označava vid sprezanja, i prvu u preteritu, što sve u prvome redu služi za prepoznavanje promjena i sprege izvedenih od infinitiva. Poslije toga slijedi vlastito značenje riječi latinskih ili preneseno, ako su u prenesenom značenju, što se često događa da stoje u metafori, sinegdohi i metonimiji od tropa, ili se donose gramatičke figure, koje možeš čitati izložene potkraj djela. Osobito se vodilo računa o svojstvima

* Katančićev navod Voltičeve natuknice iz *Ričoslovnika* pod *Beneci*, *cā*, *f. pl.*, a *Benecsanka*, e. f. ima za veneziana, veneta; Faust Vrančić ima *Bnetzi*, *Habdelić*, *Belostenec*, *Sušnik–Jambrešić* i dr. imaju *Benetki*, *-e* za *Venetiae*, arum (Katančiću nepoznati rkp. rječnik Bartola Kašića ima *Bnetci*, *bnetkè*).

quod inprimis radicibus accidisse noris, quae cum sint unius plerumque syllabae, raro communem obtinent usum, aucti [?] potissimum, gemina expressae syllaba comparent; non paucas obtinent Carni; vetusti scriptores, qualis Barakovich, complures; quas curate collegimus, indicata derivatione, sensusque subinde varietate. Principio Germanica et Hungarica addere meditati, quod absque his, molem operis incrementum captatam, et citra dispendium rei carituram, praevaleremus consilium in tempore mutavimus, quamquam non pauca, ubi adiuncta ferebant, utriusque eius linguae vocabula deprehendas.

Multa esse vocabula in diversis provinciis, locisque usu trita quae heic desideres, ultro fatemur; quaevis enim regio, quisque paene vicus, suos habet loquendi modos sua vocabula, quibus remotiores careant: quae si studiose colligeruntur, Philologiam hac in parte sortire possent. Id autem paedagogiam Directorum, opportune et libenter sane praestari, si spe remunerationis ducantur; quae Philologi, qui rei literariae curandae praeessent, disposita et illustrata, usui publico, insigni bonarum Artium profectu adplicarent. Ea occasione possent paedagogi locorum, praeter voces usu receptas, colligere phrases, loquendi modos, proverbia et breves grammaticae leges, duce Mathia Relkovich, contexere, provincia, quam incolunt, consuetudini aptas; ut ratio dialecti, longo temporis tractu firmatae patesceret. Magna pars Hungariae, utroque Danubii latere, e Illyrico utitur sermone, Slavonia universa, ut Bosnam, Croatiam, Dalmatiam reticeamus, eodem idiomatis genere eloquitur sua; diversis tamen subinde vocabulis, diverso exprimendi sua modo. Gymnasia Quinqueecclesis, Mohacsii, comitatu Baranyensi; Baiae, M. Theresiopoli, Bacsii, Esseki, Posegae in Slavonia, hoc studii genus cum grandi literaturae emolumento suscipere posset. Verum haec isthic meminisse sufficerit: quod alia complura, Coeli favore, non minus utilia, olim institutum iri speramus.

Grammaticas observationes, de literis, earum valore, sono, nominum casu et usu, verborum inflexione, primitivis, derivatis, structura dictionis, accentuum ratione, figuris, dialecticis, etc.

riječi, koja ne donosi nijedan leksikograf; figure tek spominju. Primjere za potvrdu donosimo iz izvrsnih pisaca, i to one kraće, koje smo dorječno preveli, što će mnogo koristiti filolozima, kako smo poučeni dugim iskustvom. I u njima je znalački primijenjena dužina slogova, o čemu vidi više u onom što je rečeno na kraju *Etymologica*. Tamo gdje se ne pojavljuje nijedan od svjedoka, napisano je po sebi pri našem korištenju susjedne riječi, što se drugdje nalazi. Vidjet ćeš da se je to najprije dogodilo u korijenima koji, s obzirom na to da se uglavnom sastoje od jednoga sloga, rijetko imaju opću porabu, već uglavnom oštri, te se pojavljuju izraženi dvostrukim slogom; nemali broj njih imaju Karni, više njih stari pisci, kakav je Baraković, koje smo brižno sabrali, označivši derivaciju i smisao, a zatim razliku. U početku smo mislili dati njemačke i mađarske [riječi], no jer je i bez njih djelo naraslo preveliko, a i preko mogućnosti novčanih sredstava, morali smo na vrijeme donijeti odluku da od toga odustanemo. No, dosta riječi obaju jezika moći ćeš iznaći tamo gdje će se donijeti dodatak.

Priznajemo da postoje mnoge riječi u raznim područjima i mjestima poprimljene uporabom koje bih ovdje želio [imati]. Naime, svaki kraj i gotovo svako selo ima svoj način govorenja, svoje riječi koje nemaju udaljenija mjesta. Ako se one studiozno saberu i združe, mogle bi imati filologiju u svojoj vlasti. A to pedagogija vođena od ravnatelja prikladno i rado pruža, ukoliko se povede s nadom u povratnu nagradu. Filolozi koji se ponajprije brinu o književnosti, ovako uređeno i objašnjeno prikupljanje primijenit će za javnu uporabu u korist hvalevrijednog napretka lijepih umijeća. Tom prilikom mogu mjesni učitelji, osim riječi koje su poprimljene praksom, sabrati fraze, način govorenja, poslovice te sastaviti kratka načela gramatike, pod vodstvom [gramatičkih naputaka] Matije Relkovića za područje gdje žive, prilagođena običaju, da se pokaže načelo narječja potvrđeno dugim vremenom. Velik dio Mađarske s obje strane Dunava služi se iliričkim govorom, zatim sva Slavonija, a da ne govorimo o Bosni, Hrvatskoj i Dalmaciji, koji svoje misli izgovaraju istom vrstom jezika, no ipak različitim riječima. Gimnazije u Pečuhu, Mohaču u Baranjskoj županiji, zatim u

tis praecipuis, ad calcem operis huius reperies; quibus si ea, quae ad Poeticen disseruimus, adiungas, potiore legum Philologiae Illyricae partem obtinebis, quas literaria res publica hactenus desiderabat. Heic, pro coronide praefationis, compendia, queis hoc opere usi sumus, interpretamur.

Subsidia:

- Mik.* Jacobi Mikalya, S. I. Lexicon Illyricum, Italis et Latinis vocibus auctum.
- Dell.* Ardelii Dellabella, Lexicon Italum, Latine et Illyrice locupletatum, cum indice Latino Italico, grammatica Italo sermone praefixa.
- Stul.* Ioachimi Stulli, Lexicon Latinum, Italice et Illyrice expositum.
- Jamb.* Andreae Jambressich S. I. Lexicon Latinum, Illyrica, Germanica et Hungarica lingua explicatum, dialecto Croatica, cum indice Illyrico Latino.
- Belo.* Ioannis Bellostenez, Lexicon Latinum, Illyricum et index Illyricus Latinus, dialecto Croatica, cum legibus prosodiae Latinae.
- Carn.* Carnaeum, Osualdi Gutschmann, Vocabularium Germanum Carnicum, accedit index Carnicus Germanus.
- Serb.* Serbus anonymus dedit lexicon 1791, Viennae, caractere suo, Germanicum Serbicum, addito indice Serbico Germano, plurimum hoc in argumento profutu-

Baji, Subotici, Baču, Osijeku i Požegi u Slavoniji mogu primiti iz ovoga studija veliku korist za književnost. No, stvarno je dovoljno spomenuti to da će nastati i mnoge druge ne manje korisne stvari, uz pomoć neba, kako se nadamo da će proisteći.

Gramatička razmatranja o knjigama, njihovoj vrijednosti, o glasu, padežu i porabi imenica, pregibanju glagola, prvotnim i izvedenicama, strukturi dikcije, načelu naglasaka, figurama, glavnim dijalektima, pronaći ćeš nakon ove posvete.* Ako im pridodaš ono što smo raspravljali u poetici,** imat ćeš valjaniji dio pravila iliričke filologije, koja je književna družina sve do sada priželjkivala. Ovdje, umjesto vijenca, proslovu prilažemo načinom pokraćivanja priručnike kojima smo se služili u ovom djelu.

Pomagala:

- Mik.* Jakov Mikalja, D. I., Leksikon ilirički, proširen talijanskim i latinskim riječima.
- Dell.* Ardelio Della Bella, Talijanski leksikon, obogaćen latinski i ilirički, s kazalom latinskih i iliričkih riječi i predmetnutom [hrvatskom] gramatikom na talijanskom.
- Stul.* Joakim Stulli, Latinski leksikon, izložen talijanski i ilirički.
- Jamb.* Andrija Jambrešić, D. I., Latinski leksikon, iliričkim, njemačkim i mađarskim jezikom protumačen, u narječju kajkavskom, s kazalom iliričko-latinskih riječi.
- Belo.* Ivan Belostenec, Leksikon latinsko-ilirički i indeks iliričko-latinski, u narječju kajkavskom, s pravilima prozodije na latinskom.
- Carn.* Korusac, Ožbalt Gutsman, Njemačko-koruški rječnik, a pridodaje se koruško-njemački indeks.
- Serb.* Srbin anonimac, dao je leksikon 1791. u Beču njemačko-srpski, svojim pismom, dodavši kazalo srpsko-nje-

* *Observationes quaedam Grammaticae*, uvod u *Etimologikon*, str. 1–32.

** *U Knjižici o iliričkom pjesništvu*.

rus, si missa dialecto Ruthena, suae gentis lingua usus fuisset.

- Volt.* Josephi Voltiggi, Vocabularium Illyricum Germanum.
Rel. p. Mathiae Relkovich patris grammatica, cum indice rerum copioso; opera viri praeclari nobis perquam utili.
- Bab.* Thomae Babich Bosnensis, Grammatica Latine linguae, cum interpretatione Illyrica et aliquot indicibus rerum.
- Lan.* Mariani Lanossovich, Grammatica Slavonica, Germanice tradita.
- Kan.* Antonii Kanislich, e S. I. Rosaleis et Lapis schismatis Graeci, cum asceticis.
- Kacs.* Andreae Kacsich, Dalmatae, poemata heroum, oratione pura.
- Rel.* Josephi Relkovich, Oeconomicus, versu conditus.
- Och.* Philippi ab Ochevia Bosnensis, Sermones sacri, catechetici.
- Leak.* Bernardini Leakovich, Doctrina Christiana illustrata.
- Pest.* Gregorii Pestalich, Poemation de nobili turma praetoriana, et libellus quo Psalmi poenitentiae exponuntur, cum appendice de peste Sirmiensi.
- Bar.* Georgii Barakovich, Jadrensis, Secula historiae biblicae, versu.
- Difn.* Petri Difnici, Carmen de Sibenico, apud Fortis itinere Dalm. vol. I.
- Divk.* Mathiae Divkovich, Bosnensis, Ascetici, doctrina Chr. et sermonum libri.
- Miss.* Libellus Missionis Apost. in Slavonia, cum canticis, et poenitentia.
- Hung.* redde Hungaris, *Germ.* Germanis, *Slav.* Slavis, *Cro.* Croatis, *Bosn.* Bosnensibus, *Bun.* Bunyevciis, *Sarm.* Sarmatis, *Ital.* Italis, *Lat.* Latinis, *Gal.* Gallis, *Turc.* Turcis; nomine vulgi intelligimus Sokcios.

mačko; umnogome će biti od koristi za jezik njegova naroda, ako se ispusti ukrajinsko narječje.*

- Volt.* Josip Voltić, iliričko-njemački rječnik.
- Rel.* p. Matija Relković otac, gramatika s obilatim kazalom stvari; djelo presjajnog muža, nama vrlo korisno.
- Bab.* Thomo Babić Bošnjak, gramatika latinskim jezikom, s iliričkim tumačenjem i kazalom nekolicine stvari.
- Lan.* Marijan Lanosović, slavonska gramatika prevedena na njemački.
- Kan.* Antun Kanižlić, D. I., Rožalija i Kamen grčke šizme, s asketičkim djelima.
- Kacs.* Andrija Kačić, Dalmatinac, junačka pjesmarica, prostim govorom.
- Rel.* Josip Relković, Kućnik, podignut stihom.
- Och.* Filip iz Očevije (Lastrić), Bošnjak, sveta govorenja, kateheze.
- Leak.* Bernardin Leaković, osvjetljeni kršćanski nauk.
- Pest.* Grgur Peštalić, spjev o plemenitim četovođama, pa knjižica gdje se izlažu pokajnički psalmi, s dodatkom o kugi u Srijemu.
- Bar.* Juraj Baraković Zadrani, Stoljeća biblijske povijesti, u stihu.
- Difn.* Petar Divnić, pjesan od Šibenika, u Fortisovu putovanju Dalm(acijom), sv. I.
- Divk.* Matija Divković Bošnjak, askeze, nauka kršćanskoga knjige besjeda.
- Miss.* Knjižica apost(olskih) misije u Slavoniji, s kanticima i kajanjima.
- Hung.* znači mađarski, *Germ.* njemački, *Slav.* slavenski**, *Cro.* kajkavski, *Bosn.* bosanski (bošnjački, ijekavsko-

* *Njemeckij i serbskij slovar' na potrebu serbskoga naroda* Teodora Avramovića, prvi ćirilčni slavenosrpski dvojezični rječnik s mnogobrojnim zakarpatskim rusizmima.

** *S vulgo* bilježi svoj slavonski, pučki ili "paurski", a s *nostris* i *nostris literis* jezik književnosti svoga vremena.

Figuras, ad calcem relatas, integre notamus, *sync.* syncope, e tropis *met. metaph.* metaphoram, *synecd.* synecdochen, *meton.* metonymiam; reliqui rarius occurrant.

14. Aprilis 1819.

-ikavski), *Bun.* bunjevački, *Sarm.* sarmatski,* *Ital.* talijanski, *Lat.* latinski, *Gal.* galski (francuski), *Turc.* turski; pod imenom puka razumijevamo Šokce.

Figuras figure, prema slijedu ponavljanja, bilježimo neskraceno, pod *sync.* sinkopu, od tropa *met. metaph.* metaforu, *synecd.* sinegdohu, *meton.* metonimiju; ostale rijetko dolaze.

14. travnja 1819.

Preveli Stjepan Sršan i Stanislav Marijanović

[Budim, 1819, rkp.]

Objašnjenje: Autograf Katančićeva *Etimologikona iliričkoga*, latinsko-hrvatskoga rječnika, pohranjen je u Knjižnici Franjevačkoga samostana u Budimu. Predgovor rječniku *Štiocu filologu pozdrav* prva je pregledna prosudba hrvatske leksikografije. U uvodnoj bilješci povrh naslova Katančić daje do znanja učenomu čitatelju da je od šest nakanjenih rukopisnih knjiga tri napisao prije *Etimologikona*. To su valjda one na koje se i sam poziva u posveti i citira u *Etimologikonu: De poesi Illyrica libellus ad leges Aestheticae exactus* (1817), *Memoria Valpo rerum monumentis deducta* (1817) i gramatička razmatranja *Observationes quaedam Grammaticae* (21. siječnja 1819). Pod perom su mu dva rječnika: dvotomni rječnik *Pravoslavnik* (četvrta knjiga: A–O, 1815–1819; peta knjiga: P–S, 1819–1824.) i *Etimologicon Illyricum* kao šesta knjiga (1820–1823). Za učenje o jeziku i etimologiji on upućuje na rimskoga enciklopedista Marka Terencija Varona iz Reate (116–27. pr. Kr.), naročito sklonoga etimologiziranju, koji je u latinskom jeziku vidio, poput antičkih filologa, samo izdanak grčkoga jezika i grčke izvedenice. Katančićev predgovor (pisan od 10. do 14. travnja 1819) ujedno je najava i uvod u *Etimologikon* i načela njegove izrade. Naslov upućuje na bizantske leksikografske etimologike i na *Etimologikon der slawischen Sprachen* (1813) Josefa Dobrovškoga, s kojim je održavao vezu i leksikograf Marijan Lanosović. Na ukoričenom hrptu on nosi naknadni naslov, sveden samo na rječnički dio: *Lexicon Latino-Croaticum*.

* U rječniku se bilježi i *Sarm. Russ.*, zakarpatsko ukrajinski s južnoruskim narječjem.